

64

Legatio Sigis. I. missa
Ad Conventum Civitatis Novo-Sarciensis initio
Anni 1513. in Januario.
post petita Comit. Petruvid. in Xli.

Z BIBLIOTECY PULAWSKIEJ
XX. CZARTORYSKIEJ

Legatio a Sigismundo Rege Missa ad Con-
ventum Novae Civitatis Corczin pro Domi-
nico Misericordia Domini indictum ~ 1513.

In primis omnibus in memoriam revocandū, quomo-
do Mittas Regia sollicita eāus ut necessaria defensio
in Regno constitueretur, tempestive Conventum
Piötrcoviensem proxime celebravit.

In quo quidem Conventu Summa cura egit, ut
modus defensionis constitueretur, itaq; q; defen-
siones tempestive in locis defensionis, ac commodis
constituerentur, et ibi qm diu opus esset perse-
verarent,

Et dum ista de defensione consultatio Piötrcovia fie-
ret licet ad res Pruthenicās, et alias plures respectus
habitus fuerit, quæ videbantur posse impedire de-
fensionem, tamen adhuc de Duce Moscovienē, ni-
hil suspicatum fuit, qui tamen preter spem Mittas
Regia, conatus est Imperatorem Tartarorū, a fede-
re Regio avertere, et postergata fide, et fede-
ris juramento, adversus Magnum Ducatū Litt-
arum movit. Ideo propter res Pruthenicās, ut
ille quoq; prius componantur, nihil determinatē
in ipsa conventionē Piötrcoviē de modo defen-
sionis constitutum est, nec constitui potuit.
Ut autem tam res Pruthenica componantur,
q; etiā ut terra Majoris Polonia longa distantia
ab istis terris separatē existentes, ad aliquod uti-
le auxilium præbendum et necessarium defensio-
ni inducerentur Mittas Regia Lithuanica profectio-
ne, cum incommodo suo, et suorū subditorū præter-
missa, in has partes Majoris Poloniae se contulit,
et majori conatu, quo potuit harum terrarum sub-
ditos induxit, ut inservandam defensionem, suo
tempore pecuniario milite scienti de hoc vobis seu
Nunctiis vris, qui in Conventu Novae Civitatis
Corczin

25.

Corcizi pro Dominica proxima misericordia Dni de:
cantanda celebraturo plenius dicetur accedat, vide:
licet quomodo, et quo tempore, et quanto hominum
numero ejusmodi defensio, ab eisdem servari debe:
at, ubi etiam Spiritualium Prelatorum auxilia
non deerunt, praesertim, si omnes concorditer in
unam sententiam procedent. Tamen si non mltis
Regiae culpa, sed discordia Subditor magna in
hoc negligentia commissa sit, quod haecenus nulla
certa defensio constituta sit. Tamen hoc Mltas
sua in sua partem accepit, ut terras omnes dum
necepe esset movere valeat ad bellu et occurrendu
hosti quodq, cum opus fuerit, sine negligentia fauet.
Sed quia motio belli omnibus gravis et pernicioza
est, Mallet sua Mltas, quae bono Subditor sem:
per consulere consuevit, ut ab eadem abstineretur
et constitueretur particularis, ut consuetum est,
modus defensionis, sed ea lege, ut quilibet domi
sue existens arma, et equos paratos ad necessita:
tem haberet.

Ut itaq, de tam necessaria defensione sine ulla
mora determinetur, ut ejus executio cellerrima
fiat. Sua mltas Conventum celebrau, ut premis:
sum est terris his omnibus in Nova Civitate con:
stituit pro Dnica proxima Misericordia Dni,
hortatur itaq, sua Mltas vos ut Nuncios
ad eandem Conventionem profecturos eligatis
et ad eandem cum plena potestate eligatis, ut
illic simul cum Dnis Consiliarijs super his quae
medio Nuntij Vri proponemus consulant,
et constituent, et in executionem eandem
quam constituerent ponant, ne per tardita:
tem Respublica defensoribus deficientibus
periclitetur.

Quia vero res omnium vrum agitur confidit
sua Mltas, q, magno affectu super his consu:
letis, et Mltas sua omniu vrum intemera:
tam fidem magnifaiendo omni gratia prosequet
Justiciaq,

26.

Justitiaq; diriget, et pro viribus munificentia
afficiet.

Die 3. Januarij 1513. Rex cum Regina Barba:
ra uxore gravida ex Piotrkow Posnaniam venit.
Quo etiam Nunciij Cruciferor de Prussia venire
debeant, venit autem Job Epus Comesianen
ad Regem Posnaniam, sed et illic nihil etiam
concludi potuit, eo q; Cruciferi diffugiis ac dilatio:
nibus laborabant, ne Regi Regnoq; Juramentum
fidem, ac obedientiam prestarent: quia a Cesare
et a Principibus Germanie, ne facerent anima:
bantur.

Constitutiones